

CAPVT VI.

TITVLI PROCVRATORVM ET MINISTRORVM  
DOMVS AVGVSTAE CONDICIONIS LIBERTINAE  
ET SERVILIS.

---

**1473** dis manibus | Ti. Claudi | Aug. l. Abascanti | a rationibus, |  
vix. ann. XLV, | Claudia Epicharis | uxor coniugi | bene merenti f.  
*Romae (VI 844 vidit Henzen).*

---

**1474** Diadumenus | Aug. lib. | a rationibus<sup>1</sup> | Aniceto lib.

*Romae (VI 845 bis descripta). — 1) Ad eundem pertinent C. X 3347 et tubus plumbeus editus Bull. com. 1886 p. 104 n. 1158. Idemque videtur esse Diadumenus Antonianus, cuius servus in pariete cuniculi cuiusdam prope Neapolim talia inscripsit: Macrinus, Diadumeni Aug. l. proc. Antoniani disp., hic ambulavit Nerva et Vestino cos. (a. p. Chr. 65) pr. idus Ianuarias; Macrinus, Diadumeni Aug. l. proc. Antoniani disp., hic ambulavit a villa Polli Felicis (cf. Stat. silv. 3, 2), quae est epilimones, usque ad emissarium Paconianum Nerva et Vestino cos. (Herm. vol. 18 p. 158).*

---

**1475** T. Aurelio | Aug. lib. | Aphrodisio | proc. Aug. | a rationibus, |  
s. p. q. L.<sup>1</sup> | dedic. Q. Varinio Q. f. | Maec. Laeviano aed.

*Lanuvii (Civita Lavinia) (XIV 2404 vidi ipse). — 1) Senatus populusque Lanuvinus.*

---

**1476** Cosmi Aug. l. a rat.

*Romae in Aventino rep., fistula plumbea aquaria (Descemet ann. inst. arch. 1857 p. 69). — 1) Idem Cosmus memoratur C. VI 455. IX 2458; a rationibus fuit Marco et Vero. Alios Augustorum libertos a rationibus enumerat Friedländer Sittengeschichte, I<sup>o</sup> p. 172 seq.*

---

**1477** M. Aur. Aug. liber. | Marcioni proximo | rationum, proc. |  
marmorum, proc. | prov. Britanniae, | proc. summi chorag., | proc. prov.  
Fryg., | Senecianus collib. | ex tabular. | h. c.<sup>1</sup>

*Tricomiae (Kaimaz) in Phrygia (III 348 descr. Barth et Mordtmann). — 1) Honoris causa.*

---